

Es giebt eine Zeit zu schweigen, aber auch eine Zeit, wo man zu reden verpflichtet ist, daher wird unser Schreiben gar nicht tadelswerth seyn.

Condrau Placidus, Desertinensis

Berther Joachim, “

Carigiet Conradin, “

Sgier Julius, Vigensis

Schuoler Jacob ex Danis

Stieffenhofer Carl, Desertinensis

Mon Joseph,<sup>18a)</sup> “

f) *Schlichtung des Streites zwischen Studenten und Prof. Gruber durch Vermittlung von P. Adalbert Baselgia, Dekan.*

Der 26. hujus convocante Domino Rectore Domini *Professores* conveniunt consulti, quid adendum cum Sgier caeterisque ejus condiscipulis. Decreverunt, ut Sgier Domino Gruber pro supposita lata injuria faciat satis, alique ejus condiscipuli graviter comprehendantur. Quamprimum Dominus Rector decretum hujus conferentiae soli Sgier manifestasset, hic aliis sententiam hanc statim narravit. Hacce audita mirati sunt statuentes, Domino Gruber non satisfacere. Sequenti die 27. Desertinenses summo mane surgentes *parentes* consuluerunt, quid agant. Iisdem momentibus, ut institutum scholasticum deserant, statim venerunt et Rectori nuntiaverunt, se jussu parentum domum ituros. Hoc audito Rector perturbatus me<sup>19)</sup> accessit, ut rem benigne componere velim. Cum numero octo studiosi statim post Rectoris discessum mihi valedicendi causa accederent, multa verba feci iis persuasurus, ut Sgier solus vel ego secum vel ego solus nomine eorum pro hac nullius momenti injuria Domino Gruber satisfaciam, quod nullo modo nec facere nec ut nomine eorum fiat, permittere voluerunt. Tandem iisdem consentientibus proprio motu Dominum Gruber accessi dicens: discipulos suos jussu parentum nullo modo ei satisfacturos, in eoque esse, ut institutum deserant; desiderium meum fore, ut scholas absque satisfactione habere dignetur. Quod si benigne facere promittat, me Rectorem accessurum deprecatur, ut studiosis severe praecipiat scholas frequentare. Quievit Dominus Gruber meo consilio. Ipsi quoque studiosi consultis iterum prius parentibus hac sub conditione, ut Dominus Rector, ne ab aliis irrideantur, omnibus studiosis declaret, se Gruber